



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1763**

**VD18 90118022**

§. 11. Petrus Cardinalis S. Chrysogoni Legatus in Francia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](#)

Sæcul. XII. que etiam in alio, S. Thomæ sacro, quod  
A.C. 1177. in vicinia fundaverat, stabilivit, & post-  
 quam Abbas fuit annis triginta, e vita  
 excessit, annos natus octoginta octo, an-  
 no salutis millesimo ducentesimo secun-  
 do, die mensis Aprilis sexta, qua eum  
 Ecclesia Sanctorum Catalogo adscriptum  
 colit.

*Mart. Rom.  
6. Apr.*

### §. XI.

#### *Petrus Cardinalis S. Chrysogoni Le- gatus in Francia.*

Anno millesimo centesimo septuagesi-  
 mo sexto Alexander Papa Legatum  
 in Franciam miserat Petrum Cardinalem  
 Presbyterum, Tituli S. Chrysogoni, olim  
 Episcopum Meldensem electum, qui diu  
 illius Ecclesiæ redditus sibi servavit. Tem-  
 pus hujus Legationis cognoscitur ex E-  
 pistola Papæ, ad Archiepiscopos Lugdu-  
 nensem, & Bituricensem, eorumque Su-  
 fraganeos, Ferentini duodecima die A-  
 prilis, data. Unde infertur, quod scri-  
 pta fuerit ante profectionem Pontificis  
 in Longobardiam. Præcipit autem his  
 Præfulibus, ut ei tanquam Legato Sacrae  
 to. 10. Conc. Sedis obediant. Iterumque id cogno-  
 p. 1492. scitur ex alia Epistola in eadem causa ad  
 ep. 9. ibid. omnes Francos Anagnie die vigesima se-  
 ep. 10. cunda ejusdem mensis data. Pontifex  
 ep. 8. Ferrariae commorans, pacis fœdera cum  
 Impe-

Imperatore initurus Petro Legato suo Sæcul. XII.  
 scripsit; urgeret celebrari nuptias sole- A.C. 1177.  
 mniter promissas inter Richardum filium  
 secundo natum Regis Angliæ, & Alissam  
 Regis Franciæ filiam, si autem Rex An-  
 gliæ admonitus post dies quadraginta  
 non obtemperaret, Legatus omnes ejus  
 Ditiones Interdicto subjiceret, ac Archi-  
 episcopis Cantuariensi & Burdegalensi  
 atque Episcopo Piictaviensi præciperet,  
 ut censuræ omnes obedirent. Legatus, *Roger. Ho-*  
 quod sibi imperatum fuerat, executus *ved. an. p.*  
*est, & Rex Henricus, qui in Anglia ver.* 570. *Gervas.*  
*sabatur, hac re comperta ad Papam ap.* p. 1442.  
*pellavit, celeriterque in Normanniam*  
*navigavit; ubi Ludovico Regi in oppi-*  
*do *Ivri* vigesima secunda Septembribus*  
*anno millesimo centesimo septuagesimo*  
*septimo, Legato & utriusque Regni O-*  
*ptimatibus præsentibus, collocutus, pa-*  
*cis perpetuæ fœdera sancivit, ac ambo*  
*Reges Hierosolymam peregrinantium*  
*Crucem se suscepuros, junctisque viri-*  
*bis expeditionem aggressuros, promi-*  
*serunt. Quod nunquam effectui da-*  
*tum.*

### §. XII.

#### *Manichæi Tolosæ.*

Inter hæc Manichæorum pestis Tolosæ *Gervas.*  
 & in finibus latius grassabatur. Quod p. 1441.  
 ex Epistola Raimundi V. Comitis, ad Ab-

C 3 batem